

dokumenty

Pramene ku genealógii predialistov Ostrihomského arcibiskupstva z Dobrohošti

Balázs Csiba (ed.)

Jednou z nedostatočne prebádaných tém stredovekých uhorských dejín sú predialisti (cirkevní šľachtici), ktorí za pôdu, udelenú od prelátov, museli poskytovať vojenskú službu. Disponoval nimi, samozrejme, aj ostrihomský arcibiskup. Už pred nástupom Anjouovcov na uhorský trón sa v rámci Ostrihomského arcibiskupstva začali vytvárať jednotlivé predialistické stolice, ktoré sa doformovali pravdepodobne v druhej polovici 14. storočia. Evidujeme štyri; jedna z nich sa nachádzala na Žitnom ostrove so sídlom vo Vojke nad Dunajom (maď. Vajka).¹ O všeobecnom prehľade o právnom postavení predialistov a ich stoliciach sa môžeme dočítať v mnohých odborných prácach,² avšak o dejinách jednotlivých predialistických rodov takmer nič nevieme.

V rámci nášho výskumu, ktorý sa zameriava hlavne na stredoveké osídlenie Žitného ostrova a genealógiu tunajších rodov, sme našli v archíve Bratislavskej kapituly rodový depozit predialistov z Dobrohošti (maď. Doborgaz), ktorý obsahuje 23 originálnych stredovekých listín.³ Vzhľadom na to, že ide o veľmi cenný pramenný materiál, sme sa ich – okrem jednej⁴ – rozhodli edovať. Pravda, sedem z nich nachádzame v diplomatároch alebo v registároch, ale takmer každá edícia obsahuje menšie chyby. Navyše bolo by vhodné publikovať ich ako celok, predstavujú totiž základnú pramennú bázu pre genealogický výskum rodu, o ktorom nie je k dispozícii žiadna odborná práca. Predmetné listiny sú cenné aj z iných hľadísk. Obsahujú dôležité zmienky o samotnej predialistickej stolici so sídlom vo Vojke a sú nápomocné aj k zostaveniu archontológie arcibiskupských palatínov.

Edičné poznámky

Pri edovaní dodržiavame zásady ako v našom predchádzajúcom príspevku,⁵ treba však zmieniť niekoľko novinek. V nami edovaných listinách nachádzame zmienky aj o ďalších listinách. Ak sa nám podarilo nájsť ich originál alebo odpis v inom fonde, tak listinu publikujeme na základe toho. Ak ide o nezachovanú listinu (deperditum), ale poznáme jej obsah, tak podávame o nej náhradný regist, pričom kľúčové výrazy a geografické názvy uvádzame v zátvorke aj po latinsky. Ak nevieme presný dátum vydania listiny (napr. kvôli jej poškodeniu alebo ak sa vôbec neudáva), pokúsili sme sa ho stanoviť. Ak sa to podarilo, dátum (alebo jeho časti) sme dali do hranatých zátvoriek; ak sme zistili len približnú dobu vydania (*terminus post quem* resp. *terminus ante quem*), tak do jednoduchých. Naše poznámky k listinám (napr. na základe čoho sme určili dátum vydania) uvádzame na konci evidenčného čísla. Súdne listiny sme pre lepšiu prehľadnosť delili na odseky.⁶

¹ Ďalšie mali sídlo vo Vrábľoch, Arcibiskupskom Léli a Jure nad Hronom.

² Najrelevantnejšia slovenská práca je OSLANSKÝ, František. Predialisti Ostrihomského arcibiskupstva na Slovensku do začiatku 16. storočia. In *Historický časopis*, roč. 34, 1986, č. 4, s. 487-508.

³ Slovenský národný archív (= SNA), fond Hodnoverné miesto Bratislavská kapitula (= HMBK), Capsa 65, fasc. 2, nr. 1 – 23.

⁴ Ide o listinu (SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 13), ktorá – zdá sa – nemá s predialistami z Dobrohošti nič spoločného. Problém je v tom, že jej ľavý okraj (približne tretina jej celej šírky) chýba a vieme o nej iba toľko, že bola vydaná v 14. storočí. Domnievame sa však, že v budúcnosti budeme môcť na základe údajov z iných listín aspoň približne určiť dobu, v ktorej mohla byť vydaná, a tak ju na tomto mieste nepublikujeme.

⁵ CSIBA, Balázs (ed.). Niekoľko prameňov k stredovekému osídleniu Žitného ostrova. In *Štúdie (ne)dávnych čas. Historia nova 8*. [online] Bratislava : Stimul, 2014, s. 95-108. Dostupné na internete: <http://fphil.uniba.sk/fileadmin/fif/katedry_pracoviska/ksd/h/Hino8g.pdf>.

⁶ Chceme vyjadriť úprimnú vďaku Mgr. Marekovi Púčíkovi za to, že skontroloval rukopis tohto príspevku a obohatil ho svojimi pripomienkami.

Značky a skratky

- || – koniec prvých troch riadkov (iba pri origináloch)
- [] – doplnenie porušenej časti textu
- () – editorom doplnený text
- { } – zbytočný text (*textus superfluus*)
- < > – inou rukou doplnené časti
- *
- E – edícia
- O – originál
- Ep. – epitomé (obsahový prepis listiny)
- R – regest
- T – tranzumpt
- AO:
- I – KRISTÓ, Gyula (ed.). *Anjou-kori oklevéltár. Documenta res Hungaricas tempore regum Andegavensium illustrantia. I. (1301–1305)*. Budapest; Szeged : Kordé Zoltán, 1990. 534 s.
- XXVII – PITI, Ferenc (ed.). *Anjou-kori oklevéltár. Documenta res Hungaricas tempore regum Andegavensium illustrantia. XXVII. (1343)*. Budapest; Szeged : Szegedi Középkorász Műhely, 2007. 714 s.
- XXXVIII – B. HALÁSZ, Éva (ed.). *Anjou-kori oklevéltár. Documenta res Hungaricas tempore regum Andegavensium illustrantia. XXXVIII. (1354)*. Budapest; Szeged : Szegedi Középkorász Műhely, 2013. 510 s.
- HMBK – Hodnoverné miesto Bratislavská kapitula
- MES:
- II – KNAUZ, Ferdinandus (ed.). *Monumenta ecclesiae Strigoniensis II*. Strigonium : Gustavus Buzárovits, 1882. 883 s.
- IV – DRESKA, Gabriel et al. (eds.). *Monumenta ecclesiae Strigoniensis IV*. Strigonium; Budapest : Archivum primatiale – Argumentum, 1999. 272 s.
- MNL, DF – Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltára, Diplomatikai Fényképgyűtemény
- MNL, DL – Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltár, Diplomatikai Levéltár
- PLE – Prímási Levéltár, Esztergom
- Püspöki – PÜSPÖKI, Nagy Péter. *Boldogfa*. Bratislava : Madách, 1981. 261 s.
- RDSI I – SEDLÁK, Vincent (ed.). *Regesta diplomatica nec non epistolaria Slovaciae I*. Bratislava : Veda, 1980. 672 s.
- SNA – Slovenský národný archív
- TT 1911 – WERTNER, Mór (ed.). *Kiadatlan oklevelek. Uj sorozat - Befejező közlemény. In Történelmi Tár, 1911, roč. 34, s. 481-536.*
- ZsO:
- IV – MÁLYUS, Elemér – BORSA, Iván (eds.). *Zsigmondkori oklevéltár IV (1413–1414)*. Budapest : Akadémia Kiadó; Magyar Országos Levéltár, 1994. 780 s.
- VII – MÁLYUS, Elemér – BORSA, Iván (eds.). *Zsigmondkori oklevéltár VII (1419–1420)*. Budapest : Magyar Országos Levéltár, 2001. 728 s.

Listiny

1.

6. jún 1292, Ostrihom

Ostrihomský arcibiskup Vladimír povoľuje bývalým jobagiómom Bratislavského hradu Pavlovi a Mokovi, synom Permusa, a Jakubovi, synovi Petra, ktorí sa so súhlasom kráľa Ondreja stali ostrihomskými arcibiskupskými predialistami, rovnakú slobodu, akej sa tešia ostatní predialisti.

T: Bratislavská kapitula, 1. máj 1375 < Demeter, ostrihomský vikár a tekovský arcidiakon, 7. máj 1375. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 1 (MNL, DF 273845).

E: MES II, p. 328, nr. 330.

Nos, Lodomerius, divina miseracione archyepiscopus^a Strigoniensis loci<que> eius<dem> comes perpetuus, significamus, quibus expedit, universis, quod Paulus et Moka filii Permus ac Iacobus filius Petri, iabagiones^a castris Poseniensis, simul cum possessionibus eorum Dobrogoz vocatis una cum omni generatione eorundem de permissione et voluntate domini nostri Andree^b, Dei gracia serenissimi regis Hungarie, se spontanei et liberi in numerum et cetum nobilium iabagionum^a nostrorum archiepiscopalium Strigonensium communi beneplacito et consensu transtulerunt, petentes a nobis cum instancia, ut eosdem in ipsis libertatibus conservaremus, quibus alii nobiles iabagiones^a ecclesie nostre gratulantur. Quorum iustis petitionibus annuentes, concessimus et statuimus paterno cum favore, ut iidem illa utantur libertate, qua omnes alii nobiles et veri iabagiones^a archiepiscopales exercitantes consueverunt gratulari, nec ipsos contra formam sue libertatis possit aliquis in eorum iuribus aggravare^a vel eciam molestare; volentes nichilominus, ut iidem de septem aratris nobis septem fertones racione decimarum nostrarum solvere teneantur annuatim et non ultra. In cuius rei memoriam et stabilitatem nostras super hoc eidem litteras concessimus, sigilli nostri apensione^a communitas. Datum Strigonii anno Domini M^{mo} CC^{mo} nonagesimo secundo in octavis apostolorum Petri et Pauli.

^a Takto! ^b V texte len A.

2.

27. jún 1305

Bratislavská kapitula svedčí, že Báš, syn Pouca, z Dobrohošti predal za tri hrivny viedenských denárov všetky svoje zeme v Dobrohošti, ktoré bol vlastnil po otcovi, svojmu príbuznému Ondrejovmu synovi Jánovi z Dobrohošti.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 2 (MNL, DF 273846). Pergamen (38 x 10,6 + 2,8 cm), s chirografom na spodnom okraji (AB). Poškodená pečať visí na čierno-zelenej šnúre.

E: MES II, p. 555, nr. 597.

R: 1. AO I, p. 361, nr. 751. 2. RDSL I, p. 177, nr. 377.

Nos, capitulum ecclesie Poseniensis, omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in salutis Largitore. Ad universorum noti||ciam tenore presencium volumus pervenire, quod Baas filius Pouca de villa Doborgez, ex una parte et Iohannes, sacerdos de Chelchteu, || pro Iohannes filio Andree de eadem villa Dobogez^a ex altera, coram nobis constituti, idem Baas asseruit oraculo vive vocis, quod omnes || terras suas, quas a paterno iure in eadem villa Doborgez possidebat et tenebat, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis – terris videlicet arabilibus, silvis, pratis, fenetis et porcione sua, in Danubio existenti^b –, eidem Iohanni filio Andree, propinquiori de generatione sua – sicut dixit –, tribus marcis denariorum Viennensium habitis plene et receptis vendidisset in filios filiorum

perpetuo possidendas; expediturus eundem filium Andree et suos successores idem Baas – ut assumpsit –, ab omnibus impetitoribus dicte terre processu temporis, si qui fuerint, propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et testimonium presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M^o CCC^o quinto, quarto die beati Iohannis Baptiste.

^a *Takto!* ^b *Správne* existente.

3.

21. marec 1343

Pred Bratislavskou kapitulou ostrihomský predialista Pavol, syn Pamlinusa, z Dobrohošti pod stanovenými podmienkami so súhlasom svojho príbuzného Tomáša, syna Kozmu, z Dobrohošti a spoluchotárnik Imricha, syna Jána, z Vojky a z milosti ostrihomského arcibiskupa Čanadína daríva majetkový podiel svojho bez mužského dediča zomrelého brata Štefana Matúšovi, synovi Mikuláša, a Matúšovej manželke pani Moryth, dcére tohože Štefana.

T: Bratislavská kapitula, 4. jún. 1356. PLE, Neoregistrata acta, nr. 29 (MNL, DF 261256).

Ep.: Tomáš, palatín ostrihomského arcibiskupa, 15. máj 1359. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 5 (MNL, DF 273849).

E: MES IV, p. 148-149, nr. (118).

R: AO XXVII, p. 113, nr. 121.

Capitulum ecclesie Posoniensis significamus, quibus expedit, tenore presencium universis, quod [P]amlinus filius [P]auli de Dobragaz, exercitialis iobagio archyepiscopatus^a sancte ecclesie Strigoniensis, personaliter nostram adiens presenciam, totalem partem possessionariam condam Stephani sui [fra]tris uterini, sine herede masculo decessi vel defuncti, in possessione Dobragaz – tam intra villam, quam extra ipsam – cum utilitatibus et pertinenciis eiusdem Stephani sui fratris condam porcionis universis, videlicet medietatem [integre] sessionis sue, in qua nunc Pamlinus residet, a parte tamen occiden[tis] et in agris ac aliis quibus[v]is, Nicolao filio Mathy[e^a, qui] e[ciam] presens aderat, simul cum puella Moryth vocata, eiusdem Stephani fratris sui nata, eidem Nicolao legali matrimonio in coniugem copula[ta], in [filio]s filiorum et heredum per heredes, ex [u]trisque ipsis sexus utri(u)sque procreandis et gignendis^b, ex gracia speciali et favore – ut dixit – venerabilis in Christo patris domini Chanadini, dicte sancte Strigoniensis ecclesie archyepiscopi^a, domini nostri, iure perpetuo ad possidendum et habendum ac qualitercumque de eadem porcione [voluerit] disponendum, Thoma filio Cozme de eadem Dabragaz, hominis^c sue na[cionis], et Emerico filio Iohannis de Wayka, comme[ta]neo suo, [person]aliter coram nobis consencientibus, dans, tribuit et consensit et conse[ncien]do contulit [et do]navit [tali modo], quod si – quod absit – ipsam fratris sui [natam] dominam Moryth absque aliqualis heredis solamine, maris videlicet [sola]mine, [de]cedere conti[n]geret, e]xtunc dictam totalem partem possessionariam Stephani supra dicti, fratris [sui], idem Nicolaus filius Mathye^a posside[at] et non ultra, quamdiu vita fuerit sibi comes et dehinc iterum ipsi Pamolino ac eius successoribus – sicut debite – sic de iure possidenda hereditarie devolvatur. Datum feria sexta ante dominicam Letare anno Domini M^o CCC^o XL^{mo} tercio.

^a *Takto!* ^b *Správne* procreandos et gignendos. ^c *Správne* homine.

Pozn.: Original listiny bol vyhotovený v privilegiálnej forme.

4*.

(po 21. marci 1343 – 1349)

Vavrinčov syn Tomáš zo Szügyu (Zyug), palatín ostrihomského arcibiskupa Čanádina, oznamuje, že na kongregácii žitnoostrovských predialistov (in congregacione, universitati nobilium iobagionum ecclesie, in Chollokuz existencium, celebrata) Gythou, dcéra Permúsovho syna Pavla z Dobrohošti (Doborgaz), zažalovala Matúšovho syna Mikuláša a pani Muryth, dcéru Pavlovho syna Štefana, v záležitosti dievčenskej štvrtky, ktorá prislúcha Gythou z majetkového podielu svojho brata, spomínaného Pavlovho syna Štefana. Stránky sa nakoniec dohodli tak, že dolná polovica Štefanovho majetku s tretinou oráčin a lúk pripadla pani Gythou, horná polovica s dvoma tretinami oráčin a iných úžitkov Mikulášovi a pani Muryth.

Ep.: Tomáš, palatín ostrihomského arcibiskupa, 15. máj 1359. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 5 (MNL, DF 273849).

Pozn.: Presný dátum vydania listiny nepoznáme. Isté je, že Tomáš zo Szügyu zastával úrad palatína ostrihomského arcibiskupa doložiteľne v rokoch 1337 – 1346 (DL 69213; AO XXX, p. 416, num. 753), avšak toto sú len roky, z ktorých pochádzajú o ňom zmienky vo funkcii; dĺžka jeho skutočného funkčného obdobia je zatiaľ neznáme. Preto je istejšie uvádzať funkčné obdobie arcibiskupa Čanádina ako dobu vydania listiny, ktorú však môžeme ešte spresniť. Keďže Gythou zažalovala Mikuláša a Muryth, môžeme predpokladať, že v tom čase už disponovali s majetkovým podielom nebohého Štefana. Ten však dostali 21. marca 1343 (poz. č. 3), teda k sporu mohlo dôjsť až po tomto dátume. – Originál listiny bol vyhotovený v patentnej forme.

5.

25. máj 1354

Pred Bratislavskou kapitulou Petrov syn Jakub, jobagión magistra Leukusa, v mene svojich bratov a sestier za šesť hrivien širokých viedenských denárov oslobodzuje Ondrejovho syna Štefana z Horných Janíkov za zabitie svojho brata Dionýza.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 4. (MNL, DF 273848). Pokrčený pergamen (18,6 x 5,8 cm). Na chrbte sú stopy po pritlačenej pečati.

R: 1. AO XXXVIII, p. 243, nr. 297. 2. Püspöki, Boldogfa, p. 144, nr. 5.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendantes, significamus tenore presencium, quibus expedit, || universis, quod Iacobus filius Petri, iobagio magistri Leucus, pro se personaliter, Ladislao et Andrea, Briccio ac || Iohanne, fratribus suis, ac dominabus Elizabeth, Neste, sororibus eiusdem, et aliorum proximorum et cognatorum || in personis, ad nostram adiens presenciam, Stephanum filium Andream de Ianuk Inferiori et suos heredes super interempcione Dyonisii, f[ratri]s sui, receptis ab eodem – ut dicebat – sex libris latorum denariorum Viennensium – libram quamlibet cum sex [pensis] computantis – reddidit expeditos et modis omnibus persolutos. Datum die dominica proxima post festum Assensionis^a Domini anno Eiusdem M^{mo} CCC^{mo} L^{mo} quarto.

^a Takto!

6.

10. máj 1359

Bratislavská kapitula svedčí, že Matejov syn Jakub a Jánov syn Peter, predialisti z Vojky, povolili synom Vavrinca Petrovi a Jánovi z Dobrohošti vykúpiť za šesť hrivien denárov majetkový podiel Antonovho syna Jána – nachádzajúci sa v Dobrohošti, ktorý bol stanovený Jakubovi a Petrovi kvôli krádeži ich piatich koní Antonovým synom Jánom – a Peter a Ján zmieneny podiel vykúpili.

- O:** SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 3 (MNL, DF 273847). Pergamen (25,3 x 8,6 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.
E: TT 1911, p. 531-532, nr. 159.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendantes, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod Iacobus filius Mathie || et Petrus^a filius Iohannis, nobiles archyepiscopatus^b ecclesie Strigoniensis de Voyka, personaliter in nostri presenciam contituti, propositum || extitit per eosdem ministerio vive vocis et relatum, quod possessionariam porcionem Iohannis filii Anthoni^c, in^d possessione Doborgaz || habitam, que ipsis ex litteratorio precepto¹ venerabilis patris domini Chanadini, quondam archyepiscopi^b ecclesie Strigoniensis felicis recordacionis, per Nicolaum filium Pauli, viceofficialem eorum, ratione quinque equorum, per dictum Iohannem filium Anthonii ab eisdem more latrocinio receptorum, statuta extitisset, eandem porcionem possessionariam Petro et Iohanni filiis Laurencii de Doborgaz, pro sex marcis denariorum, plene ab eisdem receptorum et habitorum, ut dicebant, – marcam quamlibet decem pennis computando – redimere permisissent et iidem Petrus et Iohannes filii Laurencii ab eisdem redemissent. Datum quinto die festi Iohannis ante portam Latinam anno Domini M^{mo} CCC^{mo} L^{mo} nono.

¹ O stratenom mandáte arcibiskupa Čanadina nepublikujeme osobitnú regestu.

^a Za tým je filium (?) prečiarknuté. ^b Takto! ^c Správne Anthonii. ^d Za tým je eadem prečiarknuté.

7.

15. máj 1359, Ostrihom

Tomáš, palatín ostrihomského arcibiskupa, rozhoduje v spore medzi Matejovým synom Mikulášom a Gyurkeho synom Leukusom z Dobrohošti tak, že majetkové podiely Permusevho syna Pavla z Dobrohošti majú byť rozdelené na tri rovnaké časti, z ktorých jedna má pripadnúť deťom pani Gythou, druhá dcéram Pamline a tretia pani Muryth a ich potomkom.

- O:** SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 5 (MNL, DF 273849). Pergamen (29,9 x 22 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.

Thomas, venerabilis in Christo patris domini Nicolai, Dei et apostolica gracia archiepiscopi ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui, palatinus, tenore presencium significamus, || quibus expedit, universis, quod cum feria secunda proxima post quindenam festi beati Georgii, martyris,¹ una cum magistris Ladizlao^a filio Egidii, vicecomite et castellano || Strigoniensis, Iohanne dicto Ne[mze], officiali de Zalka, Andrea filio Gregorii, officiali de Vduord, ex speciali mandato predicti domini nostri archiepiscopi Strigonii in curia sua [pro] audiendis querimoniis quorumlibet iobagionum ecclesie predictae ac iura causalesque processus eorundem modo iudiciario moderamine iuris discernenda pro tribunali consedissemus, Nicolaus filius Mathie de Doborgaz, nostrum iudicium adiens conspectum, litteras honorabilis capituli ecclesie Posoniensis privilegiales² contra Leukus filium Gyurke de eadem Doborgaz, personaliter astantem, nobis presentavit, in quarum tenore inter cetera habebatur, quod Pamlinus filius Pauli filii Permuse, nobilis iobagio ecclesie Strigoniensis de Doborgaz nominata, in presenciam eiusdem capituli Posoniensis constitutus, totalem possessionariam porcionem Stephani filii Pauli, fratris sui, domine Muryth, filie eiusdem Stephani, et per eam Nicolao filio Mathye^a, marito ipsius domine Muryth, perpetuo donasset possidendam sub condicionibus, in eisdem litteris capituli Posoniensis expressis, et dedisset.

Quibus perlectis predictus Leukus in contrarium litteras nobilis viri magistri Thome filii Laurencii de Zyug, quondam palatini venerabilis patris domini Chanadini, olim archiepiscopi predictae ecclesie Strigoniensis, patentes³ nobis presentavit vel demonstravit, in quibus inter cetera legebatur, quod licet in quadam sua congregacione – universitati nobilium iobagionum

ecclesie, in Chollokuz existencium, celebrata –, nobilis domina Gythou vocata, filia Pauli filii Permus de Doborgaz, Nicolaum filium Mathye^a et dominam Muryth, filiam Stephani filii Pauli, prenominatam ratione quarte filialis – ipsam in possessionaria porcione Stephani filii Pauli, fratris sui, de iure contingentis –, in causam attraxisset, tamen per compositionem proborum virorum ex licencia ipsius Thome, palatini, isto modo concordassent, quod media pars sessionis ipsius Stephani filii Pauli a parte inferiori cum omnibus suis utilitatibus – in terris vero arabilibus et pratis tertia pars – cessisset domine Gythou et suis filiis perpetuo possidenda. Alia vero media pars predictae sessionis Stephani a parte superiori cum duabus partibus terrarum arabilium ac aliarum utilitatum Nicolao filio Mathye^a et domine Muryth ac suis {ipsorum} posteritatibus fuissent devoluta possidenda.

Et licet nos cum predictis assessoribus iuxta continenciam litterarum preexhibitarum iudicium et iusticiam inter partes facere voluissemus, tamen quia predictae partes communi et concordie affirmatione prenominatam Paulum filium Permus tres filios et unam filiam procreasse et habuisse, quorum unus Nicolaus nomine sine herede utriusque sexus universe carnis debitum persolvisset, alii vero duo, scilicet Pamlinus et Stephanus, filias solum et non filios genuisse allegabant, de eo etiam, ut possessiones nobilium iobagionum ecclesie, sine herede masculino decedencium, filiabus suis iure hereditario devolvi debere ex ipsorum nobilium iobagionum ecclesie consuetudinaria lege, ab antiquo approbata, edocebamur, ideo cum predictis magistris Ladislao, vicecomite, et Iohanne dicto Nemze, Andrea filio Gregorii ac aliis quamplurimis nobilibus regni nobilibusque iobagionibus ecclesie, nobiscum iudicario pro tribunali assidentibus, commisimus iudicantes, ut universe possessionarie porciones hereditarie vel alie, quovis tytulo^a acquisite, ipsius Pauli filii Permus ubique existentes – preter possessiones empticias vel acquisiticias prenominatorum Pamlini et Stephani filiorum predicti Pauli filii Permus, quas filiabus eorundem possidere adiudicamus –, nisi in vita vel in ultimo eorum testamento aliter disposuerint, in tres partes dividi debeant coequales, quarum una pars filiis et filiabus domine Gythou filie Pauli filii Permus preallegati, alia vero pars filiabus Pamlini prenotati, sed tertia pars domine Muryth filie Stephani filii Pauli et per eos vel per eas ipsorum successoribus perpetuo possidenda eo iure, quo ad ipsas vel eorum posteritates dinoscitur pertinere, salvo tamen iure aliorum permanente. Datum Strigonii tercio die termini prenotati anno Domini M^o CCC^o L. nono.

¹ 13. máj. [1359]. ² Pozri č. 3. ³ Pozri č. 4*.

^a Takto!

8*.

(1350 – 1366)

Tomáš, palatín ostrihomského arcibiskupa Mikuláša, oznamuje, že v pondelok pred sviatkom sv. Barnabáša na generálnej kongregácii stolice arcibiskupských predialistov vo Vojke (in congregacione generali, universita[ti] nobilium iobagionum archiepiscopalium sedis de Wayka, celebrata) Helena a Klára, dcéry Kozmovho syna Petra z Dobrohošti (Doborgaz), oznámili, že Tomáš a Juraj, synovia tohože Kozmu, a Michal, syn Jána, syna spomínaného Kozmu, obsadili pre seba majetkový podiel ich otca, Petra. Keďže podľa starej slobody predialistov Ostrihomského arcibiskupstva (iuxta libertatem nob[il]ium iobagionum ecclesie Strigoniensis, ab antiquo consuetam) dcéra alebo dcéry majú vstupovať do vlastníctva majetkov predialistov zomrelých bez mužských dedičov (filie vel filia nobilium ecclesie, absque herede generis masculini decedencium, in possessione patris ipsorum succedere deberent), palatín spolu s prísaznými – napriek tvrdeniu obžalovaných, že Helene a Kláre prislúcha z otcových majetkov iba dievčenská štvrtka –, uznal Helenu a Kláru za legitímnych dedičov (legittimos heredes) ich otca.

Ep.: *Jakub, dvorský sudca ostrihomského arcibiskupa, 9. máj 1414. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 19 (MNL, DF 273862).*

Pozn.: *Dvorský sudca Jakub neuviedol dátum vydania listiny. V nej spomínané osoby žili okolo polovice 14. storočia, teda uvedený ostrihomský arcibiskup Mikuláš buď označuje Mikuláša Vasváriho (1350 – 1358), alebo Mikuláša Keszeiho (1359 – 1366). O obidvoch vieme, že mali palatína menom Tomáš (r. 1352: DL 43137; r. 1359: poz. č. 7.; – nevedno však, či ide o toho istého Tomáša alebo o dve rozdielne osoby). S určitosťou možno povedať (zatiaľ) len to, že listina bola vydaná medzi rokmi 1350 – 1366. Originál listiny bol vyhotovený v patentnej forme.*

9.

19. február 1369

Bratislavská kapitula dosvedčuje dohodu medzi Michalom, Jánom, Petrom a Ondrejom z Dobrohošti na jednej strane a pani Kathy a Ondrejom na strane druhej o darovaní časti z majetkových podieloch nebohého Pavla a Permusa, ktoré sa nachádzali sa v Dobrohošti, Michalom a ostatnými pani Kathy a Ondrejovi.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 6 (MNL, DF 273850). Pergamen (24,3 x 17,7 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.*

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendantes, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod Michael filius Petew, Iohannes et || Petrus filii Laurencii et Andreas filius Mychaelis^a, nobiles de Dobrogoz, in suis, necnon – quilibet eorum – suorum fratrum et proximorum suorum absencium personis, quorum || onus super se assummebant^a, ab una, item nobilis domina Kathy vocata, filia condam Pamlyn filii Pauli filii Permusa, necnon Andreas, filius condam || domine Kythow vocate, filie videlicet eiusdem Pauli filii Permusa de dicta Dobrogoz, similiter in suis necnon omnium fratrum et proximorum ipsorum personis parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, propositum extitit per eosdem uniformiter et relatam vive vocis oraculo in hunc modum, quod licet super possessionibus et possessionariis porcionibus predicti condam Pauli et Permusa inter ipsos materia questionis et controversie m[o]te fuissent et exorte ac diucius ventilate, tamen ipsi propter bonum pacis et concordie unionem et proximitatis vinculum taliter concor[da]sent, quod prefati Mychael^a filius Pethew, Iohannes et Petrus filii Laurencii et Andreas filius Mychaelis^a de porcione possessionaria predicti condam Permusa, in eadem Dobro[g]oz habita – videlicet unam decimam octavam partem, que inter possessionem predicti Petri filii Laurencii et condam Erdeus adiacere dignosceretur – cum terris arabilib[us] fimatis et campestribus, silvis, pratis, nemoribus, fenilibus, aquis, piscinis et aliis utilitatibus eiusdem, si que sunt, universis prefatis nobili domine Kathy vocate et Andree, filio ipsius domine Kythow, necnon nobilibus dominabus, videlicet alteri Kathy, sorori domine Kathy, ac Muryt, filie Stephani filii predicti Pauli filii Permusa, ac ipsorum heredibus et successoribus universis dedissent, donassent et contulissent iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum ipsorum et heredum per heredes possidendam, tenendam et habendam, ymo^a dederunt, donarunt et contulerunt coram nobis ipsis domine Kathy et Andree benivole recipientibus et de hoc – ut asserebant – penitus contentantibus aliis porcionibus possessionariis, in dicta Dobrogoz remanentibus, nobilibus prenotatis; tali vinculo interiecto, quod si prefati Mychael^a filius Petew, Iohannes et Petrus filii Laurencii ac Andreas filius Mychaelis^a alicuius partis filii vel heredes eorum prefatos dominam Kathy et Andream filium ipsius domine Kythow aut eorundem fratres et heredes racione dicte decime octave partis dicte porcione possessionarie, iam ipsis date et assignate, quoquam temporis in eventu premissa revocando inpedire^a niteretur quoquomodo, tunc pars, id facere attemptans, contra prefatam dominam Kathy et Andream, filium domine Kythow, ac heredes eorum in decem libris denariorum convinceretur et convinci deberet eo facto, insuper porcione suam, que ipsum in dicta Dobrogoz

contingeret, amitteret. E converso autem, si prefata domina Kathy vel predictus Andreas, aut eorum fratres et heredes predictos^b nobiles, vel aliquem ex ipsis, aut eorum heredes ratione dicte decime octave partis porcionis eorum possessionarie impedire aut eos in causam attrahere niterentur temporis in eventu, tunc iidem vel eorum heredes contra prefatos nobiles ac eorum heredes similiter in decem libris denariorum convincerentur et insuper porcionem eorum possessionariam, in eadem ipsos contingentem, amitterent eo facto. Ad quem omnia premissa et singulam premissorum partes se et suos heredes sponte obligarunt coram nobis. Datum feria secunda proxima post dominicam Invocavit anno Domini M^{mo} CCC^{mo} LX^{mo} nono.

^a Takto! ^b Za tým je n prečiarknuté.

10.

20. február 1[3]69

Pred Bratislavskou kapitulou Kathy, dcéra Pavlovho syna Pamlyna, a Ondrej, syn Pavlovej dcéry Kythow, si navzájom dovoľujú pokojne vlastniť svoje majetkové podiely.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 7 (MNL, DF 273851). Škrvňový pergamen (19,6 x 12,9 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.

Nos, capitulum ecclesie Poseniensis, memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Kathy vocata, filia condam Pamlyn || filii Pauli filii Permus de Dobrogoz, in sua ac universorum heredum eiusdem Pauli filii Permus personis, quorum || onus super se assumebat, ab una, item Andreas filius condam domine Kythow, filie videlicet eiusdem Pauli filii || Permus de dicta Dobrogoz, parte ab altera, coram nobis personaliter comparentes, prefata domina Kathy fatebatur in hunc modum, quod ipsa prefatum Andream et suos heredes quoslibet in tertia parte porcionis eorum possessionarie, videlicet decime octave partis, in dicta Dobrogoz ipsos contingentis, per nobiles ipsorum generacionis de dicta Dobrogoz mediantibus aliis litteris nostris,¹ ipsis extradate^a, et suarum pertinenciarum quarumlibet, in qua tertia parte idem Andreas nunc pacifice staret et quiete, in eadem pacifice stare permississet^b et permisit coram nobis. E converso prefatus Andreas ipsam dominam Kathy, heredes et nepotes ipsius Pauli filii Permus similiter in eorum porcione possessionaria, ipsos contingentem^c, in eadem pacifice stare permississet et permisit nostri in presencia astando; ita, quod una pars aliam in sua porcione non molestabit, nec aliquam iniuriam ratione huius inferre conabitur in futurum. Si autem una pars aliam aut earundem heredes ratione premissorum quoquomodo inpedire^b niteretur, tunc pars, id facere attemptans, contra partem alteram, in compositione perseverantem, in decem libris denariorum convinceretur et convinci deberet eo facto. Ad quod se partes sponte obligarunt coram nobis. Datum f[eria] tertia proxima post dominicam Invocavit anno Domini M^o [CCC^{mo}] LX^{mo} nono.

¹ Pozri č. 9.

^a Správne extradatis. ^b Takto! ^c Správne contingente.

11.

26. máj 1369

Bratislavská kapitula svedčí, že členovia troch rodov predialistov z Dobrohošti si medzi sebou rozdelili Dobrohošť na tri rovnaké časti.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 8 (MNL, DF 273852). Pergamen (30,3 x 24,2 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.

T: Bratislavská kapitula, 11.máj. 1408. Tamže, Capsa 65, fasc. 2, nr. 14 (MNL, DF 273858).

Nos, capitulum ecclesie Psoniensis, memorie commendamus per presentes, quod Mychael^a et Thomas filii Iohannis, Thomas filius Cosme, Mychael^a filius Iohannis filii Cosme, Nicolaus filius || Iohannis et Symon^b filius Iohannis de Dobrogoz una generacio, item Symon^b filius Salamonis et Iohannes frater eiusdem uterinus, Dominicus filius Iacobi, Georgius || filius Petri, Paulus dictus Fodur filius Iohannis et Mychael^a filius Martini, ac Elena, filia Dominici filii Osee, generacio secunda de eadem Dobrogoz, item Petrus et Iohannes filii || Laurencii, Stephanus filius Dyonisii^b, Iohannes filius Cosme, Gregorius filius Iohannis, Andreas filius Gyurke, Andreas filius Mychaelis^c, Thomas filius Nicolai, Mychael^b filius Petew, domina Kathy^d filia Pamlyn, domina Margareta^e, filia Stephani, ac Scewe filius Iacobi generacio tertia similiter de eadem Dobrogoz, coram nobis psonaliter constituti, oraculo vive vocis fatebantur in hunc modum, quod ipsi propter bonum pacis et proximitatis dileccionem ac statum ipsorum pacificum talem divisionem, perpetuo inter ipsos et eorum heredes duraturam, fecissent et ordinassent, quod predictam possessionem eorum Dobrogoz, ipsos communiter tangentem, in tres partes divisissent rectas et coequales. Cuius recta tertia pars eiusdem sub metis infra scriptis – videlicet prima meta eiusdem incipiendo a meta ville Sancti Georgii et transiret penes metas ville Gurgetegh^f usque ad magnam viam, per quam iretur de dicta villa Dobrogoz in dictam villam Gurgeteg^f, cum regali mensura mensurando – cessisset et remansisset predictis Petro et Iohanni filiis Laurencii cum suis generacionibus predictis. Item quandam particulam terre penes eandem viam, per quam transirent^g ad dictam villam Gurgeteg, a parte videlicet orientis adiacentem, que terra^h exiret de dicta villa Dobrogoz cum octo mensuris regalibus seu brachiis mensurando pro communi usu seu pecorum pascuis relinquendo partes prenotate. Item decem et octo iugera, retro ortumⁱ Buhte^j adiacencia, ad dictam tertiame partem dicte possessionis annectendo cum medietate vallis Chulch vocate in latitudine dictorum decem et octo iugerum similiter eisdem filiis Laurencii cum suis generacionibus cessisset et remansisset. Item una via, que de Zorad exiret ad metas ville Kezelches Forratag vocatas a parte meridiei, deinde exiret a parte dicte mete Forratag penes metas possessionis Kezelches et curreret ad vallem Locha nuncupatam. Dehinc supra transiret ad partem occidentalem, donec perveniret ad Lochewreme. Deinde exiret et veniret ad unam viam et ibi intrat ad dictam vallem Zorad ibique terminaretur. Item ultra dictam vallem Lochan recta tertia pars dicte possessionis Dobrogoz per medium eiusdem usque ad silvam Sowat^k cum silva Danubio ac aliis quibuslibet suis utilitatibus et pertinenciis universis prefatis filiis Laurencii cum suis generacionibus forte mittente cessisset et remansisset per ipsos et eorum heredes perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda et habenda; particulam autem campi Lochamezey^l dictam, ultra eandem vallem Zorad^m adiacentem, partes similiter pro communi usu relinquendo. Due autem recte partes dicte possessionis Dobrogoz, quarum mete inciperent a meta dicte ville Sancti Georgii et curreretⁿ penes metas dicte possessionis Kezelches, a parte scilicet superiori eiusdem possessionis Kezelches, et veniret^o ad Erdeuzeg, ubi penes quandam viam, per quam iretur ad villam Wayka, esset una meta et de eadem Erdeuzeg transiret^p ultra et curreretⁿ directe ad Forratagzeg et ibi caderet^q ad unam viam, que veniret ad Zorad, et ibi caderet^q ad villam Chulch. Deinde per medium eiusdem Chulch curreretⁿ per totum circuitum orti^r caulium Andree filii Mychaelis^c et de superiori parte eiusdem vallis Chulch saliret^s extra et curreretⁿ versus eandem villam Dobrogoz et ibi penes unum fossatum una via curreret retro ortumⁱ Mychaelis^b et Thome filiorum Iohannis. Deinde verteret^t se supra ad partem occidentalem. Item eciam una particula terre Felzeg vocata penes viam, per quam iretur ad villam Gurgeteg^u, a parte scilicet occidentali et in fine silve Erezthwen videlicet dicte possessionis Gurgeteg caderet^q in dictam vallem Chulch et circumdaret^v dicta vallis Chulch ipsam terram Felzegh, donec veniret^o usque ad finem dicte ville Dobrogoz. Item ultra predictam vallem Lochan una tertia pars dicte possessionis Dobrogoz, a parte videlicet mete possessionis Kezelches, usque Danubium et ultra ipsum Danubium usque silvam Souac nuncupatam cum silvis, Danubio at aliis quibuslibet suis

utilitatibus. Item alia tertia pars eiusdem a parte dicte possessionis Gurgeteg^u usque dictum Danubium et saliendo ipsum Danubium usque dictam silvam Sowac similiter cum silvis, Danubio et aliis quibuslibet utilitatibus eorundem, quocumque nomine censeantur, similiter cum regali mensura mensurando cessisset et remansisset dictis duabus generacionibus superius nominatis eodem modo per ipsos et eorum heredes possidenda, tenenda pariter et habenda; hoc eciam per ipsos expresso, quod quelibet generacio de piscatura fluvii Lochan utatur solum tantum, quantum terra cuiuslibet eorum cum finibus adiacere dinoscuntur et non magis. Et si aliquis ex predictis generacionibus curiam seu sessionem maiorem^w haberet quam alter eorum, extunc alter alteri de terris campestribus prope dictam villam Dobrogoz tantum refundere et augmentare teneantur^x, quantum dicta curia maior^y se extendit; tali vinculo interposito et per partes assumpto, quod si qua parcium predictarum premissam divisionem temporis in successu retractare niteretur, extunc pars, id facere attemptans, contra partem alteram, ipsam divisionem acceptantem, in quinquaginta marcis denariorum cum iudicis porcione ante litis ingressum deponendis convinceretur et convinci deberet eo facto. Presentes in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum sabbato proximo ante festum Sancte Trinitatis anno Domini M^o CCC^o LX^{mo} nono.

^a VT Michael. ^b Takto! ^c VT Michaelis. ^d VT Kathi. ^e VT Margaretha. ^f VT Gurgethegh. ^g Správnejšie transiretur. ^h Chybne namiesto via. ⁱ Správne hortum. ^j VT Wuhte. ^k VT Somat. ^l VT Lachamezey. ^m VT Sorad. ⁿ Správne current. ^o Správne venirent. ^p Správne transirent. ^q Správne caderent. ^r Správne horti. ^s Správne salirent. ^t Správne verterent. ^u VT Gurgethegh. ^v Správne circumdarent. ^w VT may[orem]. ^x Správne teneatur. ^y VT mayor.

12.

1. máj. 1375

Bratislavská kapitula na žiadosť Michalovho syna Juraja zo Szentgyörgyúru vyhotovuje v patentnej forme odpis privilegia ostrihomského arcibiskupa Vladimíra, vydaného 6. júla 1292.

T: *Demeter, ostrihomský vikár a tekovský arcidiakon, 7. máj 1375. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 1 (MNL, DF 273845).*

Nos, capitulum Psoniensis ecclesie, memorie commendamus, quod Georgius filius Michaelis de Zenthgewrgh, in nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales venerabilis in Christo patris domini Lodomerii, condam archiepiscopi Strigoniensis locisque eiusdem comitis perpetui, hunc tenorem continentes: *Nasleduje listina ostrihomského arcibiskupa Vladimíra, vydaná 6. júla 1292 (pozri č. 1.)*. Petens nos humili cum instancia precum, ut easdem de verbo ad verbum presentibus nostris litteris patentibus inseri et transcribi facere dignaremur uberiolem ad cautelam. Nos itaque, iustis et legitimis petitionibus prenominati Georgii filii Michaelis annuentes, easdem litteras de verbo ad [verbum] presentibus nostris litteris inseri et transsummi^a fecimus comuni^a iusticia suadente. Datum feria tertia proxima post octavas festi Pasce Domini anno Eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} quinto.

^a Takto!

13.

7. máj 1375, Ostrihom

Demeter, tekovský arcidiakon a generálny vikár ostrihomského arcibiskupa, na žiadosť Ladislavovho syna Jána a Petrovho syna Štefana z Dobrohošti prepisuje listinu Bratislavskej kapituly, vydanú 1. mája 1375.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 1 (MNL, DF 273845). Pokrčený pergamen (29 x 14,4 cm). Na chrbte stopy po prítlačenej pečati.*

Nos, Demetrius, archidiaconus Borsiensis, venerabilis in Christo patris et domini, domini Thome, Dei et apostolica gracia archiepiscopi Strigoniensis locisque eiusdem || comitis perpetui, vicarius in spiritualibus generalis, tenore presencium significamus, quibus exped[it], univer[sis], quod cum Georgius filius Michaelis de Sancto Georgio || die date infra scripte¹ quasdam litteras patentes capituli ecclesie Psoniensis tenore infra scripti nostro in iudicio exhibisset, Iohannes filius || Ladislai et Stephanus filius Petri de Doborogoz, petentes nos cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum literis^a nostris patentibus transcribi et transsummi^a facere dignaremur ad cautelam, quarum tenor talis est: *Nasleduje listina Bratislavskej kapituly, vydaná 1. mája 1375 (pozri č. 12.)*. Nos itaque, iustis et iuri consonis petitionibus prefatorum Iohannis et Stephani favorabiliter inclinati, easdem litteras de verbo ad verbum presentibus literis^a nostris transcribi et inseri fecimus communi iusticia requirente ad cautelam prenotatam. Datum Strigonii feria secunda proxima post festum Invencionis Sancte Crucis anno Domini supra dicto.

¹ 1. máj [1375].

^a Takto!

14.

4. apríl 1376

Bratislavská kapitula svedčí, že predialisti Ján, syn Vavrinca, Mikuláš a Štefan, synovia Petra, syna tohože Vavrinca, – ktorí zastupovali aj svojho brata Pavla – z Dobrohošti a Kozmov syn Juraj z Dobrohošti si uvedeným spôsobom rozdelili majetkový podiel ich nebohého bratranca, Dionýzovho syna Štefana z Dobrohošti, predstavujúci osemnástinu majetku Dobrohošť.

T: *1. Bratislavská kapitula, 14. marec 1401. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 15 (MNL, DF 273859).
2. Táže, 7. apríl 1413. Tamže, Capsa 65, fasc. 2, nr. 18 (MNL, DF 273861).*

Nos, capitulum ecclesie Psoniensis, memorie commendamus per presentes, quod Iohannes filius Laurencii, Nicolaus et Stephanus filii Pe[tri] filii eiusdem Laurencii^a, nobiles iobagio[ne]s ecclesie Strigoniensis de Dobrogaz^b, in suis, necnon [ii]dem Nicolaus et Stephanus Pauli fratris ipsorum uterini personis, cuius onus et gravamen super se assumpmebat^c, ab una, item Georgius filius Cosme de eadem Dobrogaz^b parte ab altera, coram nobis ^dcomparentes personaliter^d, extiterunt confessi oraculo vive vocis in hunc modum, quod condam Stephanus filius Dionisii^e de dicta Dobrogaz frater ipsorum fuisset patruelis et una decima octava pars predictae^f possessionis Dobrogaz ipsum Stephanum filium Dionisii^e de iure contigisset ipsoque Stephano decesso ipsa una decima octava [par]s ipsius possessionis Dobrogaz ab eodem Stephano racione ipsius patruelis fraternitatis ad ipsos communiter devoluta esset. Nunc autem ipsi – ut in pacis tranquillitate perpetuo possint perseverare ac [racione] eiusdem porcionis possessionarie omnis disscissionis^f et litis materia de medio ipsorum et heredum eorundem possit et valeat eliminari – per ordinationem et compositionem proborum et nobilium virorum predictam decimam octavam partem dicte possessionis Dobrogaz, videlicet porcionem ipsius Stephani, ad duas rectas et equales partes divisissent. Cuius una pars in sessione penes sessionem predicti Georgii filii Cosme cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, quocumque nomine censeantur^h, cum onere cons[u]eto eidem Georgio filio Cosme ce[ss]isset et remansisset per ipsum et suos heredes perpetuo possidenda, tenenda et habenda. Alia vero recta medietas eiusdem in sessione similiter [c]um omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis ac cum onere consueto

memoratis Iohanni filio Laurencii, Nicolao, Stephano et Paulo filiis Petri cessisset et remansisset similiter per ipsos et eorum heredes perpetuo et irrevocabiliter po[ss]idenda, tenenda et habenda; promittentes se et ipsorum heredes in predicta divisione, modo premiss[o] inter ipsos facta, mutuo pacifice perpetuo conservare. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramis palmarum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

^a V T2 je za tým Petrus prečiarknuté. ^b V T2 Doborgaz. ^c V T2 správne assumebant. ^{d-d} V T2 personaliter comparentes. ^e V T2 Dyonisii. ^f V T2 dicte. ^g Takto! ^h V T2 vocitatis.

Pozn.: Podľa T1 bol originál listiny napísaný na papieri.

15.

21. január 1385

Bratislavská kapitula svedčí, že predialista Zene, syn Jakuba, z Dobrohošti daroval päť jutár oráčín zo svojho majetkového podielu v Dobrohošti svojim príbuzným, synom Vavrincovho syna Petra Štefanovi, Mikulášovi a Pavlovi z Dobrohošti.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 9 (MNL, DF 273853). Pergamen (29,9 x 10 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendantes, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod Zene filius Iacobi, || nobilis archiepiscopalis de Dobragaz, in nostri presencia personaliter constitutus, organo vive vocis confessus extitit in hunc modum, quod ipse Stephano, || Nicolao et Paulo filiis Petri filii Laurencii de dicta Dobragaz, proximis suis, pro iuribus (et) porcionibus possessionariis ipsorum, ipsis de possessionariis || suis porcionibus provenire debentibus, quinque iugera terrarum arabilium – qu[orum] duo ret[r]o ortum^a Buhte cum finibus ad terras Chulch vocatas et t[ri]a iugera, in Bagyrmellewl intra metas ipsius possessionis Dobrag[az] adiacencia, et unum locum sessionis in linea, videlicet in campo vulgariter Mezewzeel dicto, in iam dicta possessione Dobragaz habitum – sex mensuris regali mensura mensurando in latitudine et longitudine – prout alie sessiones in dicta possessione Dobragaz habentur – eisdem Stephano, Nicolao et Paulo et per ipsos ipsorum heredibus dedisset, donasset et contulisset, ymmo^b dedit, donavit et contulit iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, habenda et possidenda coram nobis vigore presencium mediante. Qui quidem Stephanus, Nicolaus et Paulus, similiter personaliter coram nobis astantes, suis et universorum heredum ipsorum in personis prefatum Zene filium Iacobi et ipsius posteritates super aliis iuribus ipsorum possessionariis in perpetuum redderunt et commiserunt expeditos et per omnia satisfactos; obligantes se et universos heredes, in successu temporum aliqua premissorum {quicumque} parcium retractaret, extunc pars, id (retractans), contra partem alteram, premissa observantem, in decem marcis denariorum salva porcione iudicis convinceretur ipso facto. Datum sabbato proximo post festum beatorum Fabiani et Sebastiani, martirum, anno Domini millesimo CCC^{mo} octuagesimo quinto.

^a Správne hortum. ^b Takto!

16.

17. marec 1393

Pred Bratislavskou kapitulou Štefan, syn Michala, syna Štefana Feketeho, z Dobrohošti aj v mene svojej tety Heleny oznamuje, že Klára, dcéra Vavrincovho syna Petra, Tomáš Kerekes a Kozmov syn Juraj z Dobrohošti jemu a jeho tete vyplatili sedem florénov za veno a výbavu prvej manželky Dionýza z Dobrohošti, ktorá bola jeho starou matkou a matkou jeho tety Heleny.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 12 (MNL, DF 273856). Pokrčený pergamen (29,7 x 9,8 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.*

Nos, capitulum ecclesie Poseniensis, memorie commendamus per presentes, quod Stephanus filius Michaelis filii Stephani dicti Fekete de Dobrogaz pro se et pro domina || Elena, filia predicti Stephani dicti Fekete, matertara^a sua, cuius gravamen super se assumpmebat^b, coram nobis peronaliter constitutus, organo vive vocis || confessus extitit in hunc modum, quod domina Clara filia Petri filii Laurencii de dicta Dobrogaz et Thomas dictus Kerekes de eadem Dobrogaz, nec||non Georgius filius Cozme^b de iam dicta Dobrogaz pro dote et rebus paraffernalibus domine prioris consortis Dyonisii^b de predicta Dobrogaz – avie prescripti Stephani, filii Michaelis, matris vero prefate domine Elene – in porcionibus possessionariis prefati Dyonisii^b, domini et mariti sui, in sepe dicta Dobrogaz habitis, ipsam contingentibus, anotata^b domina Clara et Thomas dictus Kerekes de medietate, Georgius vero filius Cozme^b de alia recta medietate porcionum possessionariarum ipsius Dyonisii^b, sine heredibus decessi, in ipsos devolutarum, septem florenos – quemlibet florenum per centum denarios computando – ipsis persolvissent integraliter. Super quibus quidem dotis^c et rebus paraffernalibus supra dictis et solucionibus dictorum septem florenorum – per centum (denarios computando) – anotatam^b dominam Claram, Thomam et Georgium, necnon ipsorum heredes in sua et predictae domine Elene personis commisit expeditos et per omnia satisfactos coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria secunda proxima post dominicam Letare anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio.

^a *Správne matertera.* ^b *Takto!* ^c *Správne dote.*

17.

12. jún 1394

Pred Bratislavskou kapitulou Štefanov syn Michal oznamuje, že Petrovi synovia Štefan a Mikuláš, Michalov syn Anton, Jánov syn František ho uspokojili v záležitosti vena a dievčenskej štvrtky svojej starej matkou, ktorá bola dcérou Pymosovho syna Ondreja z Dobrohošti.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 10 (MNL, DF 273854). Pergamen (24,6 x 7,3 cm) v zlom stave. Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečate.*

Nos, capitulum ecclesie Poseniensis, memorie commendamus, quod Mychael^a filius Stephani, (de) Dobragaz coram nobis personaliter constitutus, oraculo vive vocis || confessus extitit in hunc modum, quod Stephanus, Nicolaus filii Petri de Dobragaz, [A]nth[on]ius filius Mychaelis^a, necnon Fra[n]ciscus filius || Iohannis de eadem Dobragaz super duabus partibus dotis et rerum paraffernalium ac quarte filialis domine Genyth, filie Andree filii P[yrmo]s¹ || de dicta Dobragaz, avee^b sue, ipsam in porcionibus possessionariis eiusdem Andree conting[entibus] et nunc in ipsum devolutis, sibi omnimodam satisfacion[em im]pendissent. Super quibus quidem duabus partibus predictarum dotis [et] rerum paraffer[nalium eo]sdem Stephanum, [N]icol[au]m, Anthonium et^c Franciscum, necnon suos heredes reddidi[sse]t [et] commisisset ex[ped]itos, ymmo^a [red]didit et commisit [e]xpeditos, s[o]l[uto]s ac per omnia satisfactos coram nobis testimo[nio] presencium mediante. Datum feria sext[a] proxima p[ost festum] Penthecostes^a anno D[omi]ni millesimo CCC^{mo} nonagesimo quarto.

¹ *Meno okrem začiatočného a posledného písmena je nečitateľné. Z inej listiny (pozri č. 18.) však vieme, že Ondrejovým otcom bol Pymos.*

^a *Takto!* ^b *Správne avie.* ^c *Za tým je Fransi prečiarknuté.*

18.

9. marec 1395

Pred Bratislavskou kapitulou Margaréta, vdova po Vavrincovom synovi Jánovi z Dobrohošti, oznamuje, že za nedospelých synov uvedeného Jána – Demetera, Mikuláša a Ladislava – dala z tretiny majetkových podielov Pyrmosovho syna Ondreja pol druhu (?) jutra oráčiny a dve siahly usadlosti Štefanovmu synovi Michalovi, potomkovi uvedeného Ondreja, za dievčenskú štvrtku jeho starej matky pani Genyth.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 11 (MNL, DF 273855). Pergamen (28,5 x 8,9 cm). Na chrbte sú zlomky prítlačenej pečate.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendamus, quod domina Margaretha, relicta Iohannis filii Laurencii de Dobragaz, pro Demetrio, Nicolao et Ladislao filiis || predicti Iohannis, in etate puerili existentibus, quorum [g]ravamina super se assumpsit, coram nobis personaliter constituta, organo vive vocis confessa extitit in hunc modum, || quod quia prefati Demetrius, Nicolaus et Ladislaus filii sui in etate puerili existerent et nondum fateri valerent, ideo ipsa in personis eorundem filiorum suorum de tercia parte Andree filii Pyrmos porcionum possessionariarum pro quarta filiali domine Genyth, avee^a Mychaelis^b filii Stephani de prefata Dobragaz, eidem Mychaeli^b, stipiti seu propagini prescripti^c Andree filii Pyrmos, alterum dimidium iugera terrarum arabilium, in Bagyurma in una longitudine et latitudine a parte Danubii penes terram predictorum (filiorum) suorum adiacencia, et duas ulnas loci sessionalis – in iam dicta Dobragaz ex opposito^b sessionis Nicolai filii Iohannis habitas et penes quatuor ulnas loci sessionalis, per proximos et fratres patruales pro eadem quarta filiali donatas, existentes –, cum omnibus suis utilitatibus – videlicet pratis, aquis, pecorum pascuis et aliis quibuslibet pertinentiis, ad predictas duas ulnas loci sessionalis spectantibus –, dedisset et contulisset, ymmo^b dedit et contulit coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria tercia proxima post dominicam Reminiscere anno Domini millesimo CCC^{mo} nonagesimo quinto.

^a Správnne avie. ^b Takto! ^c Za tým je filii prečiarknuté.

19.

14. marec 1401

Bratislavská kapitula na žiadosť Kozmovho syna Juraja vyhotovuje v patentnej forme tranzumpt svojej listiny, vydanej 4. apríla 1376.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 15 (MNL, DF 273859). Pergamen (37,8 x 12 cm). Na chrbte sú stopy po prítlačenej pečati.

Nos, capitulum [ecclesie] Posoniensis, memorie commendamus, quod Georgius filius Cosme de Dob[ro]ga[z] exhibuit nobis quasdam [litter]as [nostr]as [petent]es, in papiro conscriptas, || in aliqua sui parte coruptas^a, petens nos precum cum instancia, ut tenorem earundem de verbo ad verbum i[n nostri]s litter[i]s transscribi facere digna[remur], quarum tenor talis est: *Nasleduje listina tejže kapituly, vydaná 4. apríla 1376 (pozri č. 14.)*. Nos enim, iustis petitionibus ipsius Georgii filii Cosme annuentes, tenorem dictarum litterarum nostrarum de verbo ad verbum in presentibus nostris litteris patentibus transscribi fecimus et [transsumpmi^a]. Datum feria secunda proxima post dominicam Letare anno Domini M^{mo} quadringentesimo primo.

^a Takto!

20.

30. október 1403

Bratislavská kapitula svedčí, že Petrovi synovia Mikuláš a Štefan, Mikulášov syn Tomáš z Dobrohošti na jednej strane, na druhej Margaréta, vdova po Vavrincovom synovi Jánovi, z Báču – ktorá zastupovala aj svojho nedospelého syna Ladislava – uvedeným spôsobom rozdelili medzi sebou jednu usadlosť v Dobrohošti a dve v susedstve usadlosti Ondrejovho syna Štefana z Čechova.

- O:** 1. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 17 (MNL, DF 273860). Pergamen (25,3 x 16,9 cm). Na chrbte sú zlomky pritlačenej pečate.
2. Tamže, Capsa 65, fasc. 2, nr. 16 (MNL, DF 273860). Pergamen (24,8 x 19,2 cm). Na chrbte sú zlomky pritlačenej pečate.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendantes, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod Nicolaus et Stephanus || filii Petri, necnon Thomas filius Nicolai de Dobrogaz ab una, parte vero ab alia domina Margaretha, relicta Iohannis filii Laurencii de || Bachfalua, pro se personaliter et pro Ladislao filio suo, in tenera etate existente, cuius onus super se assumpmebat^a, in nostri presencia constituti, ora||culo vive vocis confessi extiterunt in hunc modum, quod ipsi in quibusdam sessionibus ipsorum in dicta Dobrogaz talem fecissent inter se divisionem, quod prefati Nicolaus, Stephanus et Thomas porcionem ipsorum, quam in sessione – que in opposito sessionis Stephani dicti Chemer in dicta Dobrogaz adiaceret – dinoscerentur habere, eandem videlicet porcionem dicte domine Margarethe et Ladislao filio suo annuissent perpetuo possidendam. Unam aliam vero sessionem penes sessionem domine Kathi^b a parte inferiori ab una, ab alia vero parte penes sessionem Anthonii filii Pethew, in iam dicta Dobrogaz sitam et habitam, ipsi Stephanus, Thomas et domina Margaretha Nicolao prefato annuissent perpetuo iure libere et pacifice possidendam; necnon duas sessiones integras, penes invicem in vicinitate sessionis Iacobi filii Andree de Chewfalua a parte superiori ex una, ex alia vero parte sessionis predicti Anthonii^c filii Pethew adiacentes, quarum unam, scilicet a parte sessionis prefati Anthonii^c, ipsi Stephano et aliam, videlicet a parte sessionis predicti Iacobi, ipsi Ladislao dedissent et annuissent iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, ymmo^a dederunt et annuerunt coram nobis tali condicione mediante, quod prelibati Stephanus et Ladislavus in iam dictis duabus sessionibus et earumdem utilitatibus unus plus alio non utatur, si quis autem in eisdem plus vellet alio conservare aut uti, extunc talis contra alium in tribus marcis denariorum convinceretur eo facto; assumpmentes^a memorati Nicolaus, Stephanus et Thomas iam dictum Ladislavum et dominam Margaretham in prelibata sessione, que – [ut] prefertur – in opposito sessionis Stephani Chemer haberetur, conservare ac super dote et rebus paraffernalibus et alia iura cuiuspiam petentibus in eadem contra quoslibet impetitores^d ubique defensare et expedire propriis eorum laboribus et expensis. Datum feria tertia proxima ante festum Omnium Sanctorum anno Domini M^{mo} quadringentesimo tercio.

^a Takto! ^b V O2 Kathy. ^c V O2 chybne Anthoni. ^d V O2 inpetitores.

21.

11. máj 1408

Bratislavská kapitula na žiadosť Petrovho syna Mikuláša z Dobrohošti vyhotovuje v patentnej forme tranzumpt svojej listiny, vydanej 29. mája 1369.

- O:** SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 14 (MNL, DF 273858). Roztrhaný a deravý pergamen ([28,7] x 20 cm), pravý okraj listiny chýba. Na chrbte sú stopy po pritlačenej pečati.

[N]os, capitulum ecclesie [Posoniensis], memorie commendamus, quod [Nico]la[us] filius Petri de Dobragaz exhibuit nobis quas[dam] litteras nostras patentes, petens nos precum cum instancia, [ut tenorem earundem litterarum] || in aliis litteris nostris [similiter] patentibus transscribi facere dig[na]remur, quarum tenor is est: *Nasleduje listina tejže kapituly, vydaná 26. mája 1369 (pozri č. 11.)*. Nos enim – iustis et legitimis^a petitionibus prefati Ni[colai] annuente[s – tenorem earundem litterarum] nostrarum de verbo ad verbum in presentibus nostris litteris transscribi fecimus et transsumi uberiolem ad cautelam. Datum feria sexta proxima post beati Iohannis, apostoli, ante por[tam Latinam anno Domini] millesimo quadringentesimo octavo.

^a *Takto!*

22.

7. apríla 1413

Bratislavská kapitula na žiadosť Petrovho syna Mikuláša z Dobrohošti vyhotovuje tranzumpt svojej listiny, vydanej 4. apríla 1376.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 18 (MNL, DF 273861). Pergamen (28,9 x 16,3 cm). Na chrbte sú zlomky prítlačenej pečate.*

Nos^a, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendamus, quod Nicolaus filius Petri de Doborgaz ad nostram personaliter veniendo presenciam exhibuit || nobis quasdam litteras nostras patentes, petens nos debita cum instancia, ut tenorem earundem de verbo ad verbum in aliis litteris nostris transscribi facere dignemur, || quarum tenor talis est: *Nasleduje listina tejže kapituly, vydaná 4. apríla 1376 (pozri č. 14.)*. Unde nos, iustis et^b legitimis petitionibus prefati Nicolai annuentes, tenorem predictarum aliarum litterarum nostrarum de verbo ad verbum in presentibus litteris nostris transscribi fecimus et transsumpmi^c. Datum feria sexta proxima ante dominicam Iudica anno Domini M^o CCCC^{mo} tredecimo.

^a *Iniciálka N je dve riadky hlboká.* ^b *Za tým je nejaké slovo vyškrabané.* ^c *Takto!*

23.

9. máj 1414, Ostrihom

Jakub, dvorský sudca a provízor ostrihomského arcibiskupa, oznamuje, že v spore medzi Michalovým synom Benediktom a Štefanovým synom Blažejom z Dobrohošti o tom, kto je legitímnym dedičom majetkov Petra z Dobrohošti, rozhoduje v prospech Blažeja.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 19 (MNL, DF 273862). Deravý, pokrčený, na pravom okraji rozstrihaný pergamen (32 x 14,7 + 4,8 cm). Privesená pečať na čierno-bielej šnúre.*

R: *ZsO IV, p. 448, nr. 1960.*

Nos^a, Iacobus, iudex et provisor curie reverendissimi in Christo patris domini Iohannis, archiepiscopi Strigoniensis, memorie commendamus^b, tenore presencium significamus, || quibus expedit, universis, quod iuxta continenciam litterarum palatinalium et iudicum nobilium archiepiscopalium sedis de Wayka transmissionalium¹ quinto decimo die festi || beati Georgii, martiris, proximo preteriti,² Benedictus filius Michaelis, iobagio archiepiscopales de Doborgaz, ad nostram iudiciariam accedens presenciam, contra Blasium || filium Stephani de eadem in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod licet ipse in possessionibus et porcionibus possessionariis paternis esse[t] verus heres prefatusque Blasius in eisdem existeret quartarius, tamen ipse contra formam iuris et consuetudinem regni se heredem faciendo de predictis possessionibus et porcionibus possessionariis hereditariis equalem porcionem haberet et possideret – quamvis indebite –, petens nos in forma sue accionis, ut nos prefatum Blasium filium Stephani de medietate predictorum iurium

possessionariorum excludendo quartam filialem ex eisdem sibi adiudicare et statuere dignemur.

Quo percepto prefatus Blasius filius Stephani personaliter adherendo respondit ex adverso, quod [a]pprobata et antiqua lege et liberate nobilium iobagionum archiepiscopalium possessines et po[rcione]s possession[arie] sine heredum sola[cio], videlicet sexus masculini, decedencium ad filias eorum devolvi deberent et redundari et ex eo ipse non quartam filialem, set^c tot et tantum veluti predictus B[enedi]ctus, actor, teneret et possideret, ipse habere deberet et teneretur omni iure et protimus^c prelibatus Blasius, in causam attractus. In comprobacionem sue responsionis seu allegacionis [q]uasdā litteras patentes condā magistri Thome, palatini olim reverendissimi in Christo patris domini Nicolai, archiepiscopi ecclesie Strigoniensis,³ exhibuit, declarantes, quod in congregacione generali, universita[ti] nobilium iobagionum archiepiscopalium sedis de Wayka feria secunda proxima ante festum beati Barnabe, apostoli,⁴ celebrata, nobiles domine Elena et Clara, filie^d condā Petri filii Cosme, nobilis iobagionis de Doborgaz, videlicet ipsius predecessores, de medio aliorum exurgendo proposuissent eo modo, quod Thomas et Georgius filii eiusdem Cosme, ac Michael filius Iohannis filii dicti Cosme porcionem possessionariam prenominati Petri filii Cosme, patris ipsarum, in predicta possessione Doborgaz habitam, occupassent et pro se tenerent occupatam. Cum tamen iuxta libertatem nob[il]ium iobagionum ecclesie Strigoniensis, ab antiquo consuetam, filie vel filia nobilium ecclesie, absque herede generis masculini^e decedencium, in possessione patris ipsorum succedere deberent, prefatis itaque Thoma, Georgio filiis Cosme et Michaele filio Iohannis, eisdem nobilibus dominabus solam quartam partem predictae possessionis ipsius condā Petri patris ipsarum adiudicari debere referentibus prefatum Thomam, palatinum, in tractatu sano et deliberacione matura prehabitis una cum nobilibus iobagionibus predictae congregacionis suis, videlicet assessoribus, eorum qu[es]ito et assumpto consilio prefatas nobiles dominas Elenam et Claram tamquam veros et legitimos^c heredes predicti Petri patris earum succedere debere adiudicasse comparimus seriose.

I[gitur] nos una cum quibusdam discretis et nobilibus viris, in sede nostra iudiciaria nobiscum consedentibus, perlectis et expositis continenciis predictarum litterarum palatinalium part[i]busque [pre]dictis in vulgari interpretatis, quia ex serie litterarum palatinalium predictarum sepe dictas Elenam et Claram filias predicti Petri [in] possessione eiusdem Petri heredes instit[ut]as fuisse et esse agnoverimus, ideo nos pretitulatum Blasium successorem prescripti Petri in iuribus paternis verum et legitimum^c heredem fuisse et esse harum serie pantimus^c [...], ipsas litteras palatinales in suis statu et vigore permisimus [eidem] Benedicto silentium perpetuum in [h]ac p[ar]te inponendo^c. Datum Strigonii secundo die termini prenotati anno Domini millesimo quadringentesimo quarto decimo.

¹ O týchto listinách nepublikujeme osobitné registry. ² 8. máj [1414]. ³ Pozri č. 8*. ⁴ Okolo 11. júna.

^a Zdobená iniciálka N je tri riadky hlboká. ^b Správnejšie commendantes. ^c Takto! ^d Správne ipsarum. ^e So zbytočnou všeobecnou značkou skrátania.

24*.

(28. február 1420 – 16. máj 1420)

Hans a Peter, kasteláni Ostrihomského hradu, nariaďujú Bratislavskej kapitule, aby vyslala svojho človeka, v prítomnosti ktorého jeden z kráľovských ľudí – Petrov syn Ján, Ondrejov syn Peter z Bారు (Baar), Vavrincov syn Ján, Ondrejov syn z Vojky (Wayka), Štefanov syn Tomáš alebo Dominik z Dobrohošti (Dobragaz) – po zvolaní susedov nech rozdelí majetkový podiel Kozmových synov Juraja a Jána z Dobrohošti na štyri rovnaké časti. Jednu z nich, medzami od ostatných oddelenú, má štatuovať Kozmovej dcére Helene, vdove Mikuláša, a ostatné tri spolu s polovicou majetkového podielu nebohého Štefana, syna Dionýza, z Dobrohošti – druhú polovicu nechajú vo vlastníctve Štefana a Jána, vnukov spomínaného Štefana – Mikulášovmu synovi Jánovi a ich bratovi Štefanovi, Tomášovým synom Pavlovi

a Antonovi a jeho bratovi Tomášovi, Štefanovi Zele, Tomášovmu synovi Michalovi, Jánovmu synovi Ladislavovi a Petewmu synovi Antonovi, predialistom (nobiles archyepiscopales) z Dobrohošti. Pri štatuuovaní nemá brať ohľad na protirečenie Heleny a vdovy Antona z Vojky, takisto Jakuba, syna Kathowa zo Szentgyörgyúru (Zenthgywrgwr), ktorého – keďže jeho matkou bola druhá Kozmova dcéra, vydatá v rímskom ríte za šľachtica (nobili et possessionato homini ritu Romano in consortem tradita) – v peniazoch majú vyplatiť v stránkami určenom termíne podľa hodnoty tohože majetkového podielu.

Ep.: Bratislavská kapitula, 30. máj 1420. SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 20 (MNL, DF 273863).

Pozn. Dátum vydania nariadenia nepoznáme. Spor medzi stránkami sa mohol začať najskôr 28. februára 1420. Totiž gubernátori ostrihomského arcibiskupstva 9. februára nariadili Bratislavskej kapitule štatuuovať Jakuba, syna Kathowa, a Helenu do majetkových podielov nebohého Juraja. Spomínaní predialisti z Dobrohošti však proti tomu 19. februára protirečili, a preto boli predvolaní na súd na 28. február (ZsO VII, p. 312, nr. 1334). Nariadenie Hansa a Petra bolo vydané niekedy po tomto termíne, ale ešte pred 16. májom, keď Bratislavská kapitula a arcibiskupský človek už plnili svoju úlohu (pozri č. 25.).

25.

30. máj 1420

Bratislavská kapitula oznamuje Hansovi a Petrovi, kastelánom Ostrihomského hradu, že na základe ich nariadenia vyslala svojho človeka, kanonika Michala, v prítomnosti ktorého arcibiskupský poverenec Peter z Báru rozdelil majetkový podiel Kozmových synov Juraja a Jána z Dobrohošti na štyri rovnaké časti, pričom východnú časť zanechal Kozmovej dcére Helene a ostatné spolu s majetkovým podielom Dionýzovho syna Štefana z Dobrohošti štatuuoval Mikulášovmu synovi Jánovi a ďalším vymenovaným predialistom z Dobrohošti.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 20 (MNL, DF 273863). Pokrčený a škvrnitý pergamen (37 x 21,5 + 3 cm). Pečať visela na zelenej šnúre.

R: ZsO VII, p. 408-409, nr. 1773.

Universis^a Christi fidelibus, presentibus et [f]uturis, presencium noticiam habituris, capitulum ecclesie Posoniensis, salutem in salutis Largitore. Ad universorum || noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras nobilium virorum her Hans et Petri filii Gywre – castell[a]norum castri Strigoniensis, per reverendissimum || in Christo patrem et dominum Georgium, Dei et apostolice sedis gracia episcopum ecclesie Patauiensis gubernatoremque archiepiscopatus Strig[o]niensis, deputatorum, adiudicatorias et statutorias,¹ || pro parte Iohannis filii Nicolai et Stephani, fratris [e]iusdem, Pauli et Anthonii filiorum Thome et Thome, fratris eorundem, Stephani dicti Zele, Mychaelis^b filii Thome, Ladislai filii Iohannis et Anthonii filii Petew, nobilium a[rc]hyepiscopalium^b [de Dobragaz], nobis amicabiliter directas –, honore, quo decuit, recepimus, inter cetera continentes, quod nos nostrum mitemus hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes filius Petri, aut Petrus filius Andree de Baar, seu Iohannes filius Laurencii, vel Nicolaus filius Andree de Wayka, an Thomas filius Stephani, aut Dominicus de Dobragaz, aliis absentibus homo archyepiscopalis^b, ad facies medietatis por[cion]is possessionarie condam Stephani filii Dyonisi^c de Dobragaz ac totalis porcionis possessionarie condam Georgii et Iohannis filiorum Cosme de eadem Dobragaz – in eadem Dobragaz, in districtu de Challowkez existenti^d, habitarum – vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime^b convocatis et presentibus accedendo primo eandem totalem porcionem possessionariam dictorum Georgii et Iohannis in quatuor dividat partes rectas et coequales, quarum u[n]am partem rectam, ab aliis suis partibus metaliter sequestratam et distinctam, cum [cuncti]s suis utilitatibus et pertinenciis in uno giro^b et ambitu – si fieri poterit, alioquin in t[ot] locis, quot fieri poterit – domine Elene filie prefati Cosme,

relicte vero con[dam Nicolai]², hominis popularis et inpossessionati^b, pro suo iure quartalicio relinquendo et statuendo; Iaco[b]o autem filio Kathow de Zenthgywrgwr – ab altera domina, similiter filia annota[ti Cosme, nobi]li et possessionato homini ritu Romano in consortem tradita, procreato – pro suo iure pecuniaria solucione mediante iuxta estimacionem eiusdem totalis porcionis possessionarie [ad ipsu]m certo terminio per partes ad id deputando, satisfacionem impendendo; dictas alias tres partes eiusdem simul cum medietate possessionarie condam Stephani filii Dyonisii^b si[militer cum omn]ibus earum utilitatibus et pertinenciis, quibusvis nominis vocabulo vocitatis, excepta prescripta [u]na medietate eiusdem porcionis possessionarie dicti condam Stephani filii Dyo[nis]ii^b, porcione puta Stephani et Iohannis, nepotum dicti condam Stephani filii Dionisii, prenotat[is Anth]onio, Iohanni, Stephano, Paulo, Thome, alteri Stephano, Mychaeli^b, Ladislao et [alteri] Anthonio filio Petew et eorum heredibus heredumque ipsorum successoribus perpetuo p[ossiden]das, tenendas et habendas statuat et committat contradiccione eorundem [Iacobi et] nobilium domine Elene ac alterius domine relicte Anthonii de Wayka et aliorum quorumlibet non obstante. Unde nos – amicabilibus petitionibus prenota[torum] nob[il]ium virorum her Hans et Petri filii Gywre, castellanorum castri Strigoniensis, annuentes – una cum prefato Petro filio Andree de Baar, homine archyepiscopi^b, nostrum hominem, v[idelicet] hono[r]abilem virum Nicolaum, concanonicum nostrum, ad infra scripta peragenda nostro pro testimonio fidedig[n]um duximus destinandum. Qui, tandem exinde ad nos reversi, nobis concordit[e]r retulerunt, quod idem homo archiepiscopalis presente iam dicto nostro testimonio in festo Asscensionis^b Domini, [pro]xime preterito,³ ad facies medietatis porcionis possessionarie condam Stephani filii Dyonisii^b de Dobragaz ac totalis porcionis possessionarie condam Georgii et Iohannis filiorum Cosme de eadem Dobragaz – in eadem Dobragaz, in districtu de Challowke[z] existenti^d, habitarum – vicinis et commetaneis earundem inibi legitime^b convocatis et – preter ipsa domina Elena – presentibus accedendo primo dictam totalem porcionem possessionariam ia[m] fatorum Georgii et Iohannis in quatuor divisisset partes rectas et coequales, quarum unam partem rectam, ab aliis suis partibus signo metali sequestratam et distinctam, cum omn[ib]us suis utilitatibus et pertinenciis in uno giro^b et ambitu a parte orientali habitam, prenota[t]e domine Elene filie dicti Cosme pro suo iure quartalicio reliquisset et commisisset, dictas alias tres partes eiusdem totalis porcionis possessionarie simul cum medietate porcionis possessionarie condam Stephani filii Dionisii similiter cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis, quibusvis nominis vocabul<is>^e vocitatis, pretitulatis Anthonio, Iohanni, Stephano, Paulo, Thome, alteri Stephano, Mychaeli^b, Ladislao et alteri Anthonio filio Petew ac ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendas, tenendas et habendas statuisset et commisisset contradiccione sepe fatorum Iacobi filii Kathow et nobilium dominarum Elene et cuiusdam filie eiusdem ac aliorum quorumlibet non obstante. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum quinta decima die prenotati festi Asscensionis^b Domini millesimo quadringentesimo vicesimo.

¹ Pozri č. 24*. ² Z inej listiny, vydanej 9. febr. 1420, vieme, že manželom Heleny bol Mikuláš Cher zo Sásy, poz. SNA, HMBK, Capsa 1, fasc. 14, nr. 10 (MNL, DF 225573). ³ 16. máj [1420].

^a Inicialka U je ozdobená. ^b Takto! ^c Správne Dionisii. ^d Správne existente. ^e Správna koncovka o bola inou rukou prepísaná na is.

26.

27. apríl 1431

Bratislavská kapitula svedčí, že Anna, dcéra Vavrincovho syna Jána z Dobrohošti, a ďalší oslobodzujú za 25 uhorských zlatých florénov Juraja, Benedikta a Jakuba, synov Benedikta, a ďalších od zabitia Jánovho syna Ladislava z Dobrohošti.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 21 (MNL, DF 273864). Pokrčený, škvnitý, na okrajoch roztrhaný pergamen (22,8 x 14,5 cm). Na chrbte sú stopy po prilačenej pečati.*

Nos, capitulum ecclesie Po[soniensis], memorie commendamus, quod nobilis domina Anna vocata, filia Iohannis filii || Laurencii relictaque Michaelis filii alterius Laurencii de Doborgas, sua ac Mar[t]ini, filii, et Margarethe, || Elizabeth et Elene, fi[l]iarum, necnon singulorum fratrum, heredum ac amicorum [s]uorum in personis, quorum onera || in se recepit, item nobi[l]es domine, videlicet Elizabeth, consors Ladislai filii Petri [d]e Wayka, et Margaretha, consors Demetrii filii L[u]ce de Laky, filie condam Petri de Vzwr, suarum [f]iliorumque ac omnium fratrum, heredum [ac a]micorum suorum in pers[o]nis, quorum gravamina similiter in se assumpserit, item [A]nthonius filius Thome de dicta Doborgaz eciam su[a] et singulorum fratrum, heredum ac amicorum suorum i[n] personis, quorum onera suomodo in se recepit, ad nostram personaliter veniendo presenciam vive vocis ministerio [con]fessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi nominibus et [i]n personis, quibus supra, ex proborum hominum amicabili dispositione de et super interempcione condam Ladislai filii Iohannis d[e] eadem Doborgaz, fratris ipsorum uterini dictique An[t]honii et fratrum suorum amici, ac de viginti quinque florenis auri Vngaricalibus boni, veri et iusti ponderis – u[t] ipsi asseruerunt – plene habitis et perceptis Georgium, Benedictum et Iacobum filios Benedicti et Ambr[os]ium filium Egidii de dicta Doborgaz, necnon Georgium filium Stephani de prefata Wayka et Benedictum filium Michaelis de memorata Doborgaz ac ipsorum heredes quoslibet et amicos reddidissent et commisissent quitos et expeditos ac per omnia satisfactos, ymo^a ipsi et {quibus} ipsorum nomi[nibus], quibus supra, eosdem Georgium, Benedictum et Iacobum filios dicti Benedicti ceterosque prenomatos quitos et absolutos ac per omnia satisfactos de premissis reddiderunt et sibi invicem ambe par[t]es mutuam inviolabiliter servare promiserunt fraternitatem coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Marci, ewangeliste^a, anno Domini millesimo quadringentesimo trices[imo] primo.

^a *Takto!*

27.

13. apríl 1469, Bratislava

Pred Bratislavskou kapitulou Ladislavov syn Ladislav z Bábu v mene svojej matky Alžbety, vdovy po Pavlovi Kerekešovi z Dobrohošti, odvoláva vyznanie o tom, že Dominikov brat Michal a ďalší z Dobrohošti vyplatili výbavu z majetkového podielu nebohého Tomáša.

O: *SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 22 (MNL, DF 273865). Papier (22,2 x 14,1 cm). Na chrbte sú stopy po prilačenej pečati.*

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendamus, quod Ladislaus filius Ladislai || de Bab nomine et in personis nobilis domine Elizabeth^a vocate^b, matris scilicet sue, || alias vero relicte condam Pauli Kerekes de Doborgaz, nostram veniendo in presenciam nobis || per modum protestacionis et inhibicionis ac contradiccionis significare curavit per hunc modum, quod licet nuper – videlicet feria tertia proxima ante festum beatorum Tiburcii et Valeriani, martirum¹ – nomine et in personis dicte domine matris sue, sibi infra scripta iura sua dantis et

assignantis, nostram venisset in presenciam, Michaellem fratrem Dominici de Doborgaz, Cozmam filium Michaelis, Adrianum filium Dominici et dominam Elenam consortem Dominici, filiam condam Thome Kerekes, et filias eiusdem Thome, videlicet Margaretam, Elenam, Apoloniam et Magdalenam de eadem Doborgaz, de et super rebus paraffernalibus eiusdem domine matris sue, ipsam de possessione et porcione possessionaria dicti condam Thome – tam in eadem Doborgaz, quam alibi – concernentibus, quittasset^a. Tamen quia predicti quittati^a sibi solucionem debitam minime inpendissent^a, pro eo ipse predictam suam fassionem irritasset et revocasset, irritavit revocavitque coram nobis harum nostrarum {narum^c} vigore testimoniumque presencium mediante. Datum Posonii^d in profesto beatorum Tiburcii et Valeriani, martirum, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Pod textom vpravo: Solvit

¹ 11. april [1469].

^a Taktol! ^b Pred tým je začiatok písmena m a za tým scilicet prečiarknuté. ^c Chybne namiesto litterarum (?). ^d Za tým je feria prečiarknuté.

28.

29. máj 1487

Pred Bratislavskou kapitulou Matúšov syn Urban z Dobrohošti aj v mene svojej dcéry Annos oznamuje, že predal polovicu jednej kúrie zvanej Féltelek v Dobrohošti a dvanásť jutár oráčín za 16 uhorských florénov Tomášovmu synovi Ondrejovi a ďalším z Dobrohošti do večného vlastníctva.

O: SNA, HMBK, Capsa 65, fasc. 2, nr. 23 (MNL, DF 273866). Trošku roztrhaný papier (29,1 x 15,5 cm). Na chrbte sú stopy po prilačenej pečati.

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendates, tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, || quod Vrbanus filius Mathei de Doborgaz in quadam possessione Pyspeky vocata, in comitatu Hewes dicto || existente, moram suam habens, pro se et pro filia sua Annos nuncupata, onus eiusdem et aliorum omnium heredum, fratrum, || consanguineorum et proximorum suorum super se accipiens, coram nobis personaliter constitutus, vive vocis oraculo sponte et libere confessus extitit in hunc modum, quomodo ipse pro quibusdam necessitatibus suis, ipsum ad presens urgentibus, evitandis quandam porcionem suam possessionariam, unam videlicet medietatem cuiusdam curie seu sessionis nobilitarie Feelthelek dictam – in iam dictam possessione Doborgaz vocata, in comitatu Posoniensi existente, habitam – penes alteram medietatem curie seu sessionis sue nobilitarie adiacentem, ipsum iure quartalicio concernentem, et duodecim iugera terrarum suarum arabilium simul cum cunctis aliis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet – ortis^a videlicet et pomeriis, pratis, fenetis et fenilibus ac pecorum pascuis, campis, silvis et nemoribus^b arundinibus et arundinetis^b, aquis, fluviiis, lacubus, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinencium suarum integritatibus universis – Andree filio Thome, Urbano et Paulo filiis Benedicti, Gr[e]go[r]io et Benedicto filiis Iacobi, Stephano filio Ambro[sii], et Michaeli filio Iohannis de dicta Doborgaz, in una generacione constitutis, eorundemque heredibus et successoribus ac posteritati[b]us universis pro sedecim florenis auri puri Hungaricalibus iusti et legalis ponderis, ab eisdem – uti predictus Vrbanus filius Mathei nobis retulit – habitis, levatis ac plenarie et in effectum perceptis, perpetuo, hereditarie et irrevocabiler in filios filiorum ac heredum per heredes tenenda, possidenda pariter et habenda vendidisset, dedisset, donasset et contulisset vendiditque, dedit, donavit et contulit coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras duximus concedendas, quas, dum nobis in spem reportate

fuerint, in firmam nostri privilegii redigi faciemus. Datum feria tertia proxima post festum beati Vrbani, pape, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.

^a *Správne* hortis. ^{b-b} *Správne* harundinibus et harundinetis.

Historical Sources to the Genealogy of the Predialists of the Archbishopric of Esztergom from Dobrohošť

The paper presents an edition of 28 until now mostly not published latin diplomas from the family archive of the Archbishopric of Esztergom's *predialists* (nobles of prelates) from Dobrohošť, a village in Žitný ostrov region. The writings were deposited in the archive of the Chapter of Bratislava, which are nowadays found in the Slovak National Archive. Without them it is impossible to study the history and the genealogy of the *predialists* concerned. However, these sources are interesting not only for this particular reason, for they contain useful information about the *predialists* in general, not to mention that through them the knowledge about the archbishops of Esztergom's palatines and the predialistic seat with its centre in Vojka nad Dunajom can be broadened.

Key words: predialists from Dobrohošť, diplomas, genealogy

https://fphil.uniba.sk/historia_nova

CSIBA, Balázs. Pramene ku genealógii predialistov Ostrihonského arcibiskupstva z Dobrohošti. In *Štúdie z histórie*. Historia nova 9. [online] Bratislava : Stimul, 2015, s. 147-169. Dostupné na internete: <https://fphil.uniba.sk/fileadmin/fif/katedry_pracoviska/ksd/h/Hino9.pdf>